

- 1 De pōētis proprieitate Matthæus Greigius.
- 2 Capita Religiosi Xeanæ Græcæ Joach: Camerang.
- 3 Laus Xer resurgentis Christi Petri Belardi.
- 4 Carmen Habram Barth: Radmanny.
- 5 Carmen Hab: Gi dem.
- 6 Salms CIII Carminicæ Pancratius Grigors.
- 7 Prophetæ Jonas Carminicæ. Daniel Sarc.
- 8 Ecloga de Xeo triumphante Barth: Byloq.
- 9 Canonæ Monach. Translatis propositis Hildesheim Crise.
- 10 Davidis tropæum Joh: de Cottetiz.
- 11 Davidis triumphi Jan: Henricus Scrotterg de Gustrow.
- 12 de Mundi termino Joh: Polidorq.
- 13 Ecloga in diem Martini. Abraham: Peceliq.
- 14 De Parte Novitatis Dethleff Meyerg.
- 15 Bernardi degentia mundi Carminicæ.
- 16 Joan: Fraxine Melos R. Spangenberg Tufestym.
- 17 Concordia conciva Albertus Olearius.
- 18 Carminum Joach: Bilscij Liber I.
- 19 Gregorij Crebicij poëmatu.
- 20 cogniticon Joh: Staibij e.
- 21 Ratio Media Carminicæ Laur: Homang.
- 22 Alberti Vorti Pantheicias.
- 23 De Incommodis Semetictis Erasm: Roterdam.

Q3.105 (1-66)

V



66

BYLOVII AMORES.



Francophourti Marchionum

In officina Typographica Friderici Hart-
manni Bibliopole, Anno 1597.



M A G N I F I C I S N O B I-
lissimisq; viris, sapientia, virtute &
dignitate amplissimis, Dn. CHRISTIANO
DISTELMEIERIO, IN RADESLE-
BEN AC M ALS DORFF, Aula Mari-
chica Brandenburg. Cancellario &c. Et
Dn. ABRAHAMO A BELLIN, eiusdem
Aula Electoralis senatorie &c. Dn.
Patronis suis officiis
colendis,

s. d.

I Nsignes pietate viri, virtute celebres,
Stemmatiſ ac animi nobilitate graves:
Qui regitis celebrem spacioſe Marchidos au-
Consilijs, rigido Marte ſilente, pijs. clam
En humili vobis hunc consecro mente libellū,
Quem mihi de roſeā virgine Musa dedit,
Me teneros vobis inscribere iuſſit amores,
A Muſis vester non alienus amor.
Non vetitas flamas, rapidos nec Phyllidis ig-
Nec raptus Helenæ, ſtupra, facetaq; cano. (nes
Nec referam tua dicta Cato rigidissime: Reb⁹
Misceat hīc gravibus noſtra iocofa Venus.
Ludo verecundè: non priſco ut more ſolebat
Ludere laſcivis Ethnica turba modis,

lib.

Bilbilicus vates hinc exsulat atq; Priapus;
Virgo pudica mihi est, inde pudicus amor,
scilicet interdum depulsis pectore curis
Delectat magnos Cypria lecta viros.
Ergo viri placido capite hæc Epigrammata
vultu

Curta satis; Brevitas, si sit acuta, juvat.
Nec Musæ spectetis opes, sed pondera mentis.
Carmina sèpè parū lög a valoris habēt.
Hæc vobis modò si placeant (quod spero) plau-
cebunt

Mox alijs, quorum pectora candor alit.
Hinc rabidos sperno morsus, queis rodit &
odit

Zoilus, hinc portum Musa iocosa tenet.
Interea patriæ vos ornamenta valete,
Et coeptus vobis faustiter annus eat,

Barptolemaeus Bylovius Poeta
Lauro Cesaria Coros
natus &c.

A 2

In

BYLOVII AMORES. BARTHOLOMAEVS BY- LOVIUS

Αιαγεμηνος

OH MIRO LUSU LAETUS ABIBO.



H MIRO LUSU RODOMELLAE LAETUS
ABIBO,

Hac cum ludit, Amor ludit, & alma Venuſ,
Hac si vivit, Amor vivit, Venus atq; quid ultra?
Si vivit, vivo, si moritur, morior.

II.

BARPTOLEMÆUſ BULOVIUſ.

UBI PLUS AMOR VALET, SUBEO.

E STUBI nulla fames argenti in virgine casta,
Limien ibi SUBEO, PLUS VALET alius AMOR.

III.

BARPTOLEMÆUſ BYLOVIUſ.

TU MEL ORE: USU LIBO BASIA,

TU RODOMELLA tuo nobis MEL suggeris ORE:
us grata tuis BASIA LIBO labris.

RODOMELLA

Per decem Anagrammata.

I.

ORDO MELLA.

Disposita

Disposita mandi sunt omnes, ordine partes,
Fert rude dama chaos, commoda at ordo parit.
Ordine fatali vir consociatur amica,
Mox quoq; fatalis te dabit ordo mihi.
Sic rebus bene dispositis in amore novello,
Miris ORDO parit MELLA novella modū.

II

MELLA ODOR.

ORODOMELLA tibi quoties ego basia figo,
Oris suavis ODOR suavia MELLA sapit.

III.

MELLA RODO.

Non ratione caret, quod sim RODOMELLA vocata
Nam lambo & RODO dulcia MELLA labru.
Arrodant nostri rivales carmina vatis,
Inde fel hos, sed nos mella perennē manent.

IV.

DOLOR MALE.

Ah MALE me DOLOR acer habet, traducere vitam
Cogor ego miseram, dum meus ignis abest.
Quem nisi fata mihi sociabunt fidere lecti,
Viximus, & letho nos dabit ille dolor.

V.

MOLLE ADOR.

Fila mea hac faciunt vita diurna, Lyaus;
Latue amor, suavis Musica, flava Ceres.
Hac renovat vires, demulcer Musica sensus.
Pectus Amor, corpus MOLLE remollit ADOR.
Prestat ador reliquias: Ego nam RODOMELLA Poeta
Sum casto quovis tempore dulcis ador.

Alma

VI.

ALME DOLOR.

O Dolor, ALME DOLOR, capio te propter amore,
Qui resides animo nocte dieq; meo.
Cum discedit amor, socio cum fratre recedis,
Pectus tu remeas hoc remeante meum,
O si centimani fregissent vestra Gygantes
Vincula, maroris nil in amore foret.

VII.

MALO DOLER?

AN DOLER ipsa MALO? redimens sibi verbera verbis
Arrepto mulier fuste dolanda viro.
Ergo Iuno mihi vatem coniunge novellum,
Est similis sancta qui probitate mihi.
Sic mihi si socius hunc, quod bene spero, dolabor
Non male, nam vitat verbera pacis amor.

VIII.

LAREM DOLO.

Fortiter ipsa LAREM DOLO: qui non cultus honestis
Artibus, insulso pro lare duco virum.
Ergo Poeta veni, vespis odiose molestis
Et laribus, mihi te complacuisse, sat est.

B. B. P. L.

IX.

OLOR, DA MEL.

CAESARIS aucte bonis, vates Clarissime, vita
Dimidium, suavi carmine, suavi O LOR.

Hem



Hem petiisse pudet ; removet sed flamma pudorem,

Ore MEL admoto DA mihi dulce tuo.

Hoc tibi, quando labet , multo cum fænore reddam,

Et possum, cum sum mellea, plura tibi.

Fas quia virginis mel figere suave labellis:

Oscula qui non dat, durus amator erit.

X.

Do MEL, ALOR.

IOVA dedit vitam, tu vita stamina, namq,

Dum tibi DO MEL, ALOR cordus amore rui.

Cordis amore tui pragusto Tonantis amorem.

Tu quoq; quem sentis cordis amore mei.

Onos felices, socio quos fædere iunges

Sinceri cordis melle remixtus amor.

Ioachimus Quirlingus Schusanus

Palaomarchicus.

Ad Libellum.

Parvelibelle mihi viridi confecte inventa,

Desere nunc Domini lamina nota rui.

Terrarum varias te nunc juvet ire per oras,

Excipiat qui te, censor amicus erit.

Iudicium quamvis subeas mutabile vulgi,

Dum planè occulo conspicuare sinu;

Aitamen ambiguo procul unica pagina quicquam,

Versari in populi quod queat ore, dabit.

Ito libelle igitur, fati hinc ito benignis,

Nec timeas Vespa verba molesta mee.

Sive legat vulgus tua carmina, sive recondat,

En portus facilis, quandore dabis, erit.

B

AD

De nomine Rodomellæ.

Mellitum & roseum rosæus mellita puella
En RODOMELLA labris quod mea nectar habet:
Gestat jure rosa & prædulcis nomina mellis:
Sæpè bonum fato nomen in omen abit,

Aliud.

Dum RODOMELLA mili niuei ignes spirat amoris,
Et me non sicut diligit, atq[ue] colit:
Convenit à rosulis, & dulci melle vocari,
Dulcior hic ut amor su[m] mille, rosis.

De Rodomella inter Poetarum amicas: non postrema, ingenij mei fo- mite.

NAsonem, certum est, vatem fecisse Corinnam.
Dictauit Nemesis metra Tibulle tibi.
Ingenium fecit tibi Cynthia culte Properti.
Docte Catulle tibi Lefbia flumen erat.
Exauxit venam Gallo speciosa Lycoris.
Anthia suggestit carmina Stroza tibi.
Igne Marullus erat succensus quando Neæra,
Casta Secunde tibi flamma Neæra fuit.
Clinia Vultenij numeris celebrata vigescit.
Angeriane tibi Cælia metra dedit.
Pradicat Haslobius formosa dona Rosellæ.
Splendida Lotichio Claudia culta fuit.
Carior hand Carà veterifuit illa Poeta,
Dulca cui nomen Mons & Oryza dedit.
Candidulam celebrat numeroso carmine Beza,
Scytheniæq[ue] nive est Candida candidior.

Est di-

Est dilecta nimis speciosa Rosina Melisso.
Cordula Reusnero complacet una fide.
Tot suaves verses donavit Svavia vati,
Cui purus rivus nomen habere dedit.
Blandinam cantas insigni carmine Posthi;
Blandior in terris quam tibi nulla fuit.
Expertus nonne es flammas Rudigere Creusae?
Mellinam celebrat carmine Stolshagius.
Versibus extollit Philabellam blandis Abelus.
Cordia Chytreo concelebrata fuit.
Frenclij Musas illustrat Amandula dictis.
Orthonis lepidi cura Gnidella fuit.
Decantat noster Rosabellam laude Zuberus.
Codicij numeris clara Selina fuit.
Mellmannus celebrat Rosemundam carmine dulce
Scharlachij celebris fit Theresilla metris.
Nec me Bylovium contemnit Vessa Poetam,
Promovet hos lusus Rodomella meos.

Collatio Elegiaci carminis cum con-
junctione maris & feminae.

Recet Elegi blandis est carmen amoribus aptum
Femellas etenim denotat, atque viros.
Hexameter constat pedibus sex, quinq[ue] sed usq[ue]
Pentameter, plures non Elegia tenet:
Sunt duplices palma, totidemque pedes, caput unum,
Musis sexta pars reticenda, viris.
Femina quinq[ue] tamen vix implet, namque maritus
Vincit eam mentis, corporis atque bonis.
Heros gravitate soni praeedit ut ampla,
Qui tarda celeri mox pede tangit humum.

Insuper

*ab
B*

Insuper huic longè concessa licentia maior :
Alter at insequitur non remorante pede.
Sic est magna viro gravitas, qui, postulat ut res,
Nunc placidus dictis, nunc tonat ore gravi.
Hic libertate est sociâ præstantior ipsa,
Quo præente pedem promovere illa suum.
Hexameter solus nil efficiere valebit:
Femina sola nihil proderit absq; viro.
Hexametrum canit heroas, facta virorum :
Summa regst solus vir foro, templo, scholas.
At longus addit versus Elegia minutos.
Quem junctis Veneris bella referre solet.
Vir semellarum nimio si flagrat am. re,
Aptius ad egregium non opus esse potest.

Ad Rodomellam vita sua & mortis auctricem.

Miror, cum solus vita det Iqv' a vigorem,
Quod mihi das vitam, quod mihi funera das.

ALITER.

S' vivis R O D O M E L L A, mea sunt fortia vita
Stamina; si moreris, cogor & ipse mori.

In Vespam.

Quod nec ames, habeas nec dulcis nomen amica,
lactas, & rides stridula Vespa meam.
Convenit haud inquis, Veneris sentire sagittas,
Nil amor in Musas juris habere potest.

Argutias.

*Argutas miror voces, argutaque Vespa
Murmura: at illa parum non levitatis habent.*

*Castus amor Musis non displicet: ardet
amore*

Qui modice casta virginis, ille sapit.

*De Rodomella Poemata legens
di cupidità.*

Omnia que scripsi metra, vult RODOMELLA videre
Mittam, pro metris si mihi labra dabit.

*Ad Rodomellam omnium rerum suarum
penum ditissimum.*

Sicte habeo, RODOMELLA, habeo omnia, si omnia prater
Te RODOMELLA habeo, nil RODOMELLA habeo.

*Ad Reverendum virum Dn. Stephanum
Bylovium, Ecclesiasten Stendal pa-
rentem suum hono-
randum.*

Ahprimū RODOMELLA suis me cepit ocellis,
Digna favore hominum, digna favore Dei.
Blandula, mellea, lactea, mystica, cœlica virgo
Exstisit en ignis prima favilla mei.
Non mihi lux, noctis mihi nec levat umbra dolorem,
Uxor & aterni vulnus amoris alio.
Hac quia non ullā possum ratione potiri,
Care pater, nostris rebus amica satis,
Ni tuus accedat consensus & optima vota:
Quicis sine non felix iusta jugalis erit.

Fac precor illa mihi virgo contingat ut uxor,
Et subeat thalamum te àuce sola meum.
Hanc etenim rutili collaudant sidera cali,
Huius m̄rantur Lunag. Solg. decus.
Digna quidem thalamo Regis vel Principis esset.
Arbiter & quam mox duceret Imperij.
Verum me casto suspirat pectore vatem,
Prae reliquisq; meum fædus inire cupit.
Ergo parens dilecte, meis precor annue votis:
Hoc Deu; hoc pietas fvatet, & almus amor.
Adveniet tempus, tibi erit cum summa voluptas,
Consensa gnati fata levasse tuo.

Ad virum admodum Reverendum &
Nobilem, Dn. Iohannem Hencejum, Su-
premium Ordinis Crucigerorum cum
rubeâ stellâ per Polon. & Siles.
Magistrum &c. Mæce-
natem colendum,

UNDiq; se prodit miranda potentia fati,
Et sperata diu sapè dat una dies.
Vota polos penetrant, & cœli Numinata
gunt,
Qua castis precibus pondus inesse sinunt.
Sic Dea amica mihi, Mæcenæ inclute, tandem
Pollicita est thalami jura, deditq; fidem.
Qua sit, scire cupis & RODOMELLA est illa, iocoſe
Qua mihi materies carminis una fuit.

Et que scintillam mihi suppeditavit amoris;
Et mellis vatem fecit odore sui.
Ergo quid restat vice patris amande patronē?
Consensu vestro sit mihi faustus amor.
Mæcenas Generose, meum rogo provehe coeptum,
Ut duce te casto latus amore fruar.

Ad Rodomellam non tam patria
quam forma splendore de-
cantatissimam.

O Rodomella potens oculis jaculantibus ignem,
Iure venis numeris nobilitanda meis.
Non homo, sed supra mortales crederis esse,
Quin ipsas formam vincis honore Deas.
Urbs qua te natam vita produxit in auras,
Nobile cœlorum tollit ad astra caput.
Hinc eata Divis adscribit & inserit astris,
Natalis, nimis gaudet amena tuo.
Urbs hac per pulkas nutrit, cultasq; puellas,
E quibus es ihalamo dignior una meo.
Salve que tellus Diva cunabula servas,
Salve perpetuis nobilitanda cedris.
Tucunis his lata sacris per secla superbis,
Immo meis numeris nobilis esse potes.

In Rivales.

Danae

Vana cohors multum de nostro garrit amore,
Me, quod aniē penitus garrit habere nihil.
Invidus haud cessat nostris maledicere cāptis,
Et, dotata faveat quod mihi virgo, dolet.
Quin etiam nostris rebus marcesbit opimis,
Et miser invidia lāditur inde suā.
O miseros homines, pejores demone, tangit
Quos gravis, alterius sorte virente, dolor.
Est & adhuc aliis nostri insidiator amoris,
Me cuius nomen Musa tacere iubet.
Hic mihi non factis nec aperto Marte nōcere,
Sed clam me nouā ladere voce studet.
Me presente audet vix unum dicere verbum,
Absentis lingua damna dat usq; mibi.
Conficiusq; meo verbis avertere amore
Conatur Nym fam (res scelerata) meam:
Ipse meam rosulam quo carpere posset, in horto
Qua Phœbi pulcris vernat amena comis.
Sed minimè carper: Decorato vertice Lauro
Hanc mihi despōndit nam pater sonidum,
I, ultrax scelerum quō te divina vocabit:
Sic mibi sublato te bona pacis erunt.

De Rodomella.

SEN RODOMELL A petiū sacrati limina templi,
Divarum ritu seu redit illa domum;
Enī fixis stant turba oculis, mirantur euntem,
Spectatum accurrunt femina virg. Deam.
Quisq; videre cupit decus admirabile vultu,
Atq; , qnibus cedit Cypria pulcra, comes.
Fertur

Fertur ovans animis curru RODOMELLA superbo,
Et quos aspectat, Dys facit illa pares.
Hei mihi me perdit populi concursus, amica
Vive domi, & tuplebs siste proterva pedes.

Ad Reverendum & Clarissimum virum
Dn. Iohannem Frederum ss. Th. D. &
ditionis Megap. Superattend. Po-
et am Optimum.

Quid tibi de nostro FREDERE videtur amore?
An placeat Phœbo, Pieridumq; choro?
Innocuos sine labe mihi dictavit amores
Casta Camæna; sed hos Vespa placere negat.
Miratur, primis & adhuc crescentibus annis
Immittat mihi quod spicula blandus Amor.
Vatibus at nescit Charites Veneremq; pudicam
Adstare, & castis se recreare ipsi.
Hinc quia, IANE rogo, tam turpiter errat et oncat,
Quâ lege en aſinum nominitare vetus?

De Rodomellæ,

splendore.

Cyntia sat lucet, sat catena sidera lucent,
Sat lucent radij Sol sitibundus tui.
Sed RODOMELLA magis mea, quam vaga Cyntia lucet,
Sidera quam, Sol quam lucet in axe poli.

Ad Hieronymum Arconatum, s. Cas. Maj:
secretarium bellicum Aula, Poēs
tam Clariss: promotorem
colendum. C Ar-

ARCONATE, meis Musis felicior aura,
Quid nunc in tanto turbine Martis agis?
An lepidis poteris Musis, velut ante, vacare?
Fallere & Aonijs tempora longa modis?
Non tantum Musis lepidà sed coniuge gaudes,
Quam tibi legitimus consociavit amor.
Sapè jocos memini, quos tunc dedit illa salesq.,
Cingere cum nostras vellet Apollo comes.
Flore forte tuā: nam corporis illa levamen,
At Musementis, si dolor adsit, erunt.

Ad M. Christophorum Sertoriū Nobil. puer in aula Cæſ. prefectum, promotorem colendum.

Est tibi de sertis nomen per amabile: namq.
Florida serra tibi Musicus ordo dedit.
His rogo, SERTORI, feliciter utere sertis:
Serta tibi virgo plura venusta dabit.

Ad M. Georgium Carolidem à Carlsperga Poetam Cæſ. promotorem & amicum honorandum.

Candidus ingenuis de lector amicus amicis,
Aversor quorum pectora fucus alit.
Non loquor ad nutum quorumvis, deligo paucos,
Constanti cupio quos coluisse fide.
Vna quinetiam vivo contentus amicā,
Qua miki tristitiam pellere corde queat.
Tu vates primos sis princeps inter amicos.
Hoc virtus, candor, promeruitq. fides.

797



*Lux amica micens, mellita puellula Phoebi,
Virtutes propter sit RODOMELLA amiki.*

In Vespam.

CArmina nulla eadis, castos nec scribis amores;
Sed temere castos rodis, amice, libros.
Fucus deses Apum sic devorat usq; labores,
Cum nulla in celus fingere melia queat.

*Ad Rodomellam rerum omnium
dominatricem.*

Spectas oculis, latantur sidera, cœlos,
Terra calet, sigis lumina quando solo.
Lumina si claudis, Venus aurea fronte resulget,
Si pandis, nudus cum face savit Amor,
Sic calas oculos, sine sidere luget Olympus,
Tellus igne, Venus fronte, Cupido face.

*Ad Clariß. virum Dn. M. Christopho-
rum Neandrum in Acad. Fran-
cof. Ethices P.P. de suo
amore.*

Inflammatus Rodomella meum dum pectus amore,
Et pariter Musæ, quam colo, crescit amor:
En auplixi teneor præclare NEANDER amore,
Nam pietas neutrām deseruisse subet.
Tempora Musæ quidem Lauri decoravit honore,
Nec minus illa meis ferta datura comis.
Te Rodomella quidem pergam redamare, sed ora
Docte vir ut Musæ nos in amore iuves,

Ad Rodomellam vitæ sua conservatricē.

C a

Me

ME Rodemella poli sustollis in astra Poetam,

Dum flagrat licuo pectus amore tui.

Tu facis ingenium mihi & aurea carmina dictas,

Quae suavi niveus nectare tingit amor.

Tu facis, ut ducam diuturna tempora vita,

Latitiq; mihi semina grata paris.

Latus ab igne tuo moriar, regnumq; subibo

Cælestè, eternus nos ubi iunget amor.

Ad sodalem mellitissimum.

Pleridas testor multum te diligo, amice,

Carior ast longè est te Rodomella mihi.

Succenses & ah parce precor satis examo temer.

Illa in corde meo, tu resides oculis.

In falsum amicum.

QVi me novisti, verum non rebus in artus;

Cur faveam quando fors favet aqua mihi.

Te mihi coniunctum jactasti fratriis amore:

Qui me Odit frater definit esse mep.

Ad Rodomellam.

QVando brevi moriar, caussam Rodomella requires

Mortis: Dico tui me pius usit amor.

Ad Clarissimum virum Dn: M. Calebum Trygophorum in Acad: Franc:

Logices P. P.

ET diversa viros tenet oblectatio mentis,

Percipit ac fructum quilibet inde suum.

Hunc seva arma iuvant, hic delectatur amore,

Gaudet equis alius, gaudet at alter aquis.

In

Tu Musa insigni CALEBE teneris amore,
Occupat almiss amor me Rodomella tui.
Ex utroq. omni demanant tempore fructus:
Me Rodomella beat, te sacra Musa beat.

Ad Rodomellam.

Svavis odor tenerâ spirans è fronde rosarum:
Svavior oris odos est Rodomella tui.

De Rodomella vite vita.

Aplicat ut mollis latam se vitis ad ulmum,
Et fructum succo nobiliore gerit:
Sic mea me quondam blandis Rodomella lacertis
Includens, requies sit mihi grata seni.
Qua precor eveniant, ea lux mox aethere surgat,
Aspirent votis Phoebus & aura meis.

Monopentametrum

IN STURMUM.

Et bene, Sturme, tunes: nec male, Sturme times.
Et bene, Sturme, petis, nec male, Sturme, bibis.
Et bene, Sturme, doces: nec male, Sturme noces.
Et bené, Sturme, moves: nec male, Sturme, vides.
Et bene, Sturme, latras: nec male, Sturme, patras.
Sed qui te vitat, pessime Sturme, sapit.

Ad Rodomellam rosarum omnium pulcerrimam.

Hasce rosas, Rodomella, ante vendes, an utrumq; es rosa, cur te, inquis vendere velle rosas?

A L I V D.

Candidior non est rosa te Rodomella: rosarum
Si decus es, vendis cur tamen ipsa rosas?

*Iudicium Phoebi de Rodomella admiri-
randis lingua donis.*

Dum movet insignis cantus Rodomella suaves,
Ingerminans molli carmina docta sono:
Sistit equos Phoebus, medioq; è vertice cæli,
Miratus resona flumina vocis, ait:
Luscinia & cygnus cedant, vos cedite Musæ,
Vincit aves, vincit prob Rodomella Deas.

*Ad Christianum Christiani Sten-
dal patriæ Consulem, & Poe-
tam insignem.*

Est locus insignis, Phoebi de nomine dictus,
Tempore quem iuvit veris adire novi.
Hunc petij, ut mentem recrearem dulcibus auris,
Hanc prope sed somno lumina viita dedi.
Ut surgo, ante oculos adducto constitut arcu
Idalias portans spicula firma puer.
Inq; meum pectus postquam fera tela retorsit,
Tu solus vitam cælibis, inquit, ages?
Tunc sacrata mea & sprevissi Numinis matris,
Esse putans regni languida iura mei?
Envidens roseam facie præstante puellam.
Monstravit nomen cui Rodomella fuit.

Hac

Huc tua, dixit, erit praecebens dotibus uxori,

Illa dabit versus materiamq; iocis.

Uico tabifico consumor vulnere laesus,

At q; dedi vincetas virtus amore manus,

Suavis amabilibus me virgo torquet ocellis,

Annuit & votis ipsa rogata meis.

Hinc CHRISTIANE, meis fautor venerande Camoenius,

Luciflue o patrij Sol, decus, aura soli,

Novi quid sit amor, Venerisq; potentia iura,

Et quid sit Cyprij spernere tela Dei.

Attulit una dies cordis mihi suaviter ignes,

Tristitia nubem sustulit una dies.

Ad M. Nicolaum Rislebium, Consul
em in Novà Solquellà, Poë-
tam eximium.

A specta patat ex solo qui nascier ignem,
Fallitur ille meo, NICOLE, iudicio;

Namq; bonos doctosq; viros coluisse solemus,

Nec viles nobis pectore diligimus.

Nota sat is quorum pietas, doctrina, fidesq;

Attingant quamvis littora Taprobanes.

Sic ego dilexi Rodomellam. Nam mihi virtus

Eximia illius cognita rite fuit,

Antefuit facies mihi quam perspecta, colore

Effulgens roseo, sideriag; face.

Quem Rodomella semel mihi conciliavit amorem

Moribus & formâ, crede, perennis erit.

Votum

Votum Autoris cum ambiret
Rodomellam.

Si mibi juncta toro fueris, vincib; jugali
Nata inter teneras O Rodomella rosas.
Quam letè incipiam consumere tempora vita,
Quam bene formabo me; domumq; meam
Quapropter pie Christe meis precor annue votis,
Hac ut in amplexu dormiat una meo.

Ad M. Laurentium Riesebergium,
Ecclesiasten Gardleg: histori-
cum & Poetam.

Ergo RISBERGI, Rodomella fama manebit,
Donec amoris erit nomen in orbe super.
Commendat probitas & vita pudica pu-
llam,
sit licet obscurà progenerata domo:
Præse fert etenim decus admirabile morum,
Oraq; nativo tincta rubore micant.
Candida sunt lacte & verno labra flore coruscant,
Quæis mihi mille dedit basia, mille dabit.
Grata quibus nostro pendebit sarcina collo
Brachia sunt Scythicâ candidiora nive,
Si per cuncta eius præconia nominis irem,
Desiceret calamus, desicerent q; dies.
Quod superest igitur, Rodomella carmine laudes
Tu quoq; cantabis, vir Reverende, tuo.

Ad

Ad Rodomellam.

Gloria virginis cætui, & imago pudoris,
O Rodomella pijs luxq; decusq; patris.
Dum mihi materiam felicem in carmina præbes,
Mundicreas Vespa non ego curio minas.
Da mihi te facilem, non pascor odore rosarum,
Dulcior ecce tui me capit oris odor.
Tu virgo nostris vives celebrata Camæni,
Tu suavis mea lux, & meus ignis eris.
Nos amor in lecto iungat fataliter uno,
Fatalis solvat nos in amore dies.

Ad Reverendum virum Dn. Ioachimum Stederum, Ecclesia Stendal. Pastorem, Poëtam.

Sum tandem vietus, SEDERE, cupidinis arca,
Et Rodomella urit pectus amata meum.
Hanc quia præ reliquis solam suspiro puellis,
Meq; ardere pars gestit amore sui,
Quid mirum pietas eius cum cognita multis,
Vni præ cunctis est mihi nota sati.
Hac unâ nil in terris (vel iudice Phæbo)
Comius, hac unâ nil & amabilius:
Corporæ mens quoq; candida condidore tenetur,
Quo Cygnos supereret, Bistoniasq; nives;
Est & in ore color, qualis solet esse Hyacintho,
Qui terris effert vere cepente comas.
Vsq; adeo nostra est Rodomella venusta, supremi
Quæ caperet facie Numinis sancta Louis.

D

Hanc

Hanc ego n̄i vehementer amem, me Caucasus horrens
Cautibus, & lava progenuere fera.
Ergo fruar pulcra concessu virginis igne,
Dum mibi pulcra suo vere juventa micat.

De Rodomella & Cupidine,

U^Tpuer Idalius Rodomella lumina videt,
Enterrore gravi diriguere coma.
Et citò quis armatus erat tecidere sagitta,
His sese armavit virgo, refugit Amor.

Ad M. Andream Calagium Poe- tam cultiss.

N^On ego sum Stykia CALAGI in montibus ortui,
Qui nive perpetuâ frigoribus, rigent:
Vit at optato pectus mibi virgo calore,
Altera qua Cypris est, quartag, pars Charitum.
Tristitia hinc quævis amora est pectori nubes,
Diligit & lepidos nostra Camæna jocos.
Et meruð: nam sape juvat miscere jocosa
Carminibus. Gaudent pectora lata jocis.

Ad Rodomellam.

C^Vr roseam imponis capite Rodomella corollam,
Virgo rubris rodar quo generosa rosis?
Nemp̄ tibi violas, virgo ò violenta remittam,
Turursum fertis ut violere meis.

Ad Matthäum Zuberum Poetam Casarium.

Cedo



Cedo, nec cedo tibi, belle Poeta ZVBERE:
Musa tibi cedit, non tibi cedit amor.

Luctus Rodomella de meo abitu.

Vix ubi digrediens, Rodomella valet, locutus,
Mox mea lux lacrumans hos dedit ore sonos.
Ah dilecte mihi, peregrinas visere terras
Quis casue vel quate fera fata movent?
Non te bellorum tam seva pericula terrent?
Latronum incutunt non tibi turba metunt?
Debilis ah posthac nostri spes fiet amoris.
Pectore divelli pars modò visa meo.
Quis poterit dictis animum lentre dolentem?
Tu nobis maesti causa doloris eris.
Sed quia fata volunt, fatis hinc ito benignis,
Et latus Lauri cinctus honor e rezi,
Outinam subito lux illa recurrit Olympo,
Lux mihi Erythrais significanda notis:
Quando iterum patria nos coniungamur in ades,
Et videat iunctos hora beata duos.
Interea stringant hac rosa sertacapillos,
Qua firmum nostri pignus amoris erunt.
Plura locuturam lacryma remorantur oborta,
Vix tandem potuit dicere, sponsa vale.

Ad Rodomellam de suo abitu.

Cesaris, o Rodomella, modò profiscor ad arcem,
Cesario ut noster munere crescat bonus.
Flamma et amen minimè nostri decrescat amoris,
Si bene crescit honor, tunc bene crescit amor.
Temporis interea prece te commendo Iehova,
Qui mihi te longum sospitet in columnam.

Prospere si falso me sidere fata reducent,
Tu Vatis coniux Imperialis eris.

Ad *V*Volgangum *V*lbeccium *S*vobac. Po-
etam *C*esarium, competitorem
suum carissimum.

In numeris mihi Vespa modis est usq; molesta,
*V*LBECCL, Aonij gloria magna chori.
Quem mihi iunxit amor Phœbus in auro Pragensis,
Cinxit ubi nostras Laurus odora comas.
Arrodius Laurum, Rodomelie spernit amores,
Ingenium, formam, basia, mella, fates.
At Rodomella parit mihi gaudia mille vicissim:
Hinc latus Vespa secommata euro nift.

Ad Rodomellam de suo reditu,

CAEsariam Phœbus cum me revocaret ad aulam,
Cincturus nostras fronde virente comas:
Heu Rodomella tuli forti quos corde dolores,
Per sylvas feci dam vazahunus iter.
Et via sapè fuit rigidis asperima sexis,
Fecerunt amnes & inga celsa moram,
Iappiter & gelidos effuasit ab aethere nimbos,
Dum iacui in putri tempore noctis agro.
Praterea vita tam sava pericula subivit,
Cuncta nimis longum qua memorare foret.
Sed quia nunc iterum coram data copia fandi,
Atq; suis labris iungere labra luet.

Crede



Crede mihi cuncti cedunt ex corde dolores,
Ilorum post hac nec meminisse queo.

Exsultatio Rodomella de meo reditu.

Sospes ab ignotis (superis sit gratia) terris
Dilectus mens en redditur eia mibi.
Blanda Venus, nuda Charites, vos plaudite Musa,
Fundat & innumeris iubila Iuno modis.
Cum fueras ab sens, ut care Poeta valeres,
Non semel ad saperos candida vota tulis.
Sape requisiui, quicq; nunc versatur in oris;
Et timui vita plurima damna tua.
Sape tibi absenti felicia queq; precate
Ah dixi, servent hoc mibi fata capas.
Di faxint, nostras iterum delatus in oras
Exhilaret redditu tristia corda suo.
Divos vota movent, servarunt Numinia sponsum;
Et sospes vultus sistitur ante meos.
Hac igitur redditu pro dextro, dulcis amator,
Accipe purpureis lilia mista rosis.
Certa dies ambos quando constringet amantes,
Tunc tibi cum baccis myrica ferta feram.

Ad M Samuelm Scharlachium Gar
deleg. Theol. & Poesios Can-
didatum.

O ptimē SCHARLACHI, non ultima gloria vatum,
Sidere quos dextro Marchidos ora tulit,

D 3

V

Vt vivis? quare comitatur sortis imago?

*Sola autem non latum te THERESILLA facit,
Sum memor usque tui; TERESILLAE sapientia recordatur;
Sapiens at tuus ego sum Rodomella memor.*

Ipse prius meminisse mei de seruo; amica

*Quam cadat ex animo candida forma mea
Ipse prius meminisse tui cessabis; amica*

*Quam cadat ex animo candida forma tua.
Vivamus, iam forte bona vivamus, amica*

Quilibet ob vitam vivat, amice, sara.

Ad Rodomellam Veneris emulam.

Sextus abit mensis, dum non tua lumina vidi.

Ab inventa mihi nontamen nulla fuit.

Quae posset placuisse mihi, menteque tenellam

Usque verecundis exhilarare iocis.

Sunt multa (fateor) casta, pulchra, puella,

Nulla tamen recipit me, nec amica placet.

Tu nostros mores, studium, vitamque scibas,

Atque ego te noram cor animumque tuum.

Eheu vix talis teto nascetur in orbe,

Quae tibi sit similis moribus, ingenio.

Quae me sic redamet, sic amplectatur & ornnet,

Et quam sic cupiam iungier hanc latenter.

De suo Enthusiasmo.

De tecum scripsi ternos Rodomella libellos,

Insanus caca cum ratione fui.

Sensit & aetherium subito mens entheo raptum:

Tambene conjugit verba suavis amor!

Ad

*Ad M. Michaelem Mollerum Francof:
patria schola Prorectorem.*

A Onidum MOLLERE decus, spes aurea Phœbi,
Iuncta sodalitio pars per amena meo.

Quem sibi lux vatum jurabat ABELUS amari,
Dictavit grandes cui PHILABELLA modos.

Heu quanti crevere ignes in pectore amica

Ut faciem vidi, suavis amite, mea,

Vtq; manus tetigi niveas, & grata vici sum

illà cum licuit texere colloqua.

Dij faciant, MICHAEL, simile tenebris amore,

Et subeat thalamum bella puella tuum.

*Ad Rodomellam noctis
solatium.*

NOx obscura venit, curarum mille figura
Exanimant robur corporis omne mei.

Tu Rodomella veni, te totas ardeo noctes:

Adventu suo senior ecce tuo.

Pectore moror abit: cura tolluntur inertes,

Et redit ingenio, qui fuit ante vigor.

*In Riva les ob acceptam repulsam
insanientes.*

TEmpu erat, placidum quo carpunt fessa soporem
Corpora per terras, & tacet omnis ager.

Solus ego vigilans potui haud dare membra quieti,

Solus cum sola gaudia multa tuli.

Gaudia multa tuli, lateri dum iunctus amica

Ignis percepit grata alimenta mei.

Oscula figebam roseis modo casta labellis,

Molle premens Nympha pectus ad usq; meum.

E

Et modo tangebam dextra insinuante papillas,
Est tactu lasius nec pudor iste meo.
Catera quis nescit? Veneris crescente favilla
Dum sic incepit fervet amoris opus.
Rivales raro concurrunt agmine ad ades,
Spargentes tacitis plurima verba sonis.
Nec mora, contacta canit hic testudine carmen,
Et laudes Diva voce sonante refert.
Hoc si forte modo posset placuisse, beatam
Gratiam & illius conciliare sibi,
Ille sed ad citharam cum nescit fingere vocem,
Extollit lingua plectra sonora sua.
Scilicet ubi vocem virgo bene noscat amantis,
Quem nimis amentem fecit amarus amor.
His ita transactis, illis aperire recusat
Diva seris clausas dum generosa fore.
Quisq; statim vehementi irarum fluctuat astu,
Quisq; pudicitia damna parare studet.
Sed custode Deo remanent illesa pudoris
Munera, cui fudit qui beneturus erit.
Ilos credo equidem torqueri mole dolorum:
Dedecus est ingens namq; repulsa viro.
Verum quid faciant accepta labe repulsa,
Illicitis precibus quam meruere suis.
Num post hac instent? nihil est: In amore manebit
Erga me constans nam Rodomella suo.
Sed tamen mentis quadam dent signa ferocis,
Invadunt gladiis saxa misella suis.
Et mentes quia nulla tenet miseratio, ferro
Percutunt lapides igne micante graves.
Percite quo viri saxis infigere vulnus,
Innocuog; lato parcite quoq; viti.

Eiae

Hac minime, sed ego vestra sum causa repulse,
Quod mea præ vobis me Rodomella tulit.
O magnos virtute viros fera bella gerentes
Cum rigidus saxis, cum fragiliq; lato.
Sic dum rivales grasantur nocte molesti,
Ut turbent cœpti dulcis amoris opus;
Ludo ver ecundè lepidâ cum virgine; Noctes
Proveniant multæ sic in amore mihi.

Ad Matthäum Rüdingerum
P. L.

Abstulit heu Rodomella meum cor, blande Poeta,
Num CHARISIN Atuum pectus amore rapit;
Mentem credo tuam nimio perstrinxit amore,
Illi⁹ in laudes dum quoq; metra paras.
Ergo soror Charitum, tua lux, ut quarta vigescat,
Rumpe moras, lucem cernat Amoris opus.

Ad Rodomellam de Vespa
invidia.

Quod Rodomella colis me toto pectori vacem,
Exserit hinc dentes Vespa molesta suos.
Et canis in morem latrat, conatur & ignes,
Quos alimus, nostris tollere pectoribus.
Ne Rodomella precor strepitu movearis inani,
Viva medela anima sis maneatq; mea.

Ad Benjaminum Bonerum Sponda-
num Mesomarch. P. L.

Encano dulcisono Rodomella carmine laudes,
Non verum hoc quamvis lux mea nomen habet.
E Illius

Illius merito velui non prodere nomen:
Seilicet id tutum non satis esse puto.
Si proprium rennis, nomen licet addere fictum:
Tritus apud priscos mos fuit ille choros.
Finge BONERE tue sponsa quoq; nomen, ut illam
Decantet castis sacra Thateia modis.

De Rodomelle hortorum editione.
ad aucto amore.

ME prasente meos hortos Rodomella revolvens,
Nomina queis vatum plura norata vides,
Erubuit subito, simul ac sua nomina vidit,
Moxq; sub amplexu ivit amica mēs.
Rosida blandiloquis infigens oscula labris,
Te fidum cur non, inquit, amare velim?
Tu mea perpetuis inscribis nomina eedris,
Mē, canit numeris cetera turba suis.

Ad Rodomellam unicum doloris:
sui levamen.

L UX hodierna venit, niveo signanda lapillo,
Quā Rodomella mihi conspicienda datur.
Quod venit in mentem iam nunc quodcumq; loquamur,
Et mea si dextra dextera iuncta tue.
Nunc sit fas cupidis invadere colla laertis,
Mellifluoq; tuo basia ab ore feram.
Protinus ex animo iam cura dolorq; recedunt,
Suceedunt cordi gaudia vera meo.
Tunc moras Rodomalta potes curasq; fugare,
Et solidam menti reddere latitiam?
Mi nego amare aliam, nego te relinquare fas est,
Digna es amore hominum, digna favore Dei.
Sorte beatifica mea lux & amica fruaris,
Et quodcumq; petis, deo Deus oро тibi.

*Ex animo verè faveo tibi: causa favoris
Sunt mores, pietas, lingua, forma, pudor.*

Monopentametrum in Lermum.

Et bene, Lerme, sedes: nec male, Lerme, iaces.
Et bene, Lerme, rases: nec male, Lerme, boas.
Et bene, Lerme, voras: nec male, Lerme, coquis.
Et bene, Lerme, sonas: nec male, Lerme, tonas.
Et bene, Lerme, lates: nec male, Lerme, paves.
Et bene, Lerme, libis: sic male, Lerme, peris.

*Ad Rodomellam unicam anima sus
medelam.*

Dum miki nulli potest res tollere corde dolorem,
Cura sed afflictum pectus inanis habet.
Tu uæsti requies animi, curaq; levamen,
Tristitia domitrix, o Rodomella, veni.
Sic donabo tibi rosulas sub vespere sero,
Et tecum latiss dulcia vina bibam.

*Ad Fridericum Troianum, schola Heleno-
politanae Prorectorem, a
micum cariss.*

Misica non tantum fert pulcas ora puellas,
Sed quoq; dat formas Marchia nostra bonas.
Præbuit hac pulcram (suis gratia habenda) uellam.
Dicere cui possum: Tu mihi sola places,
Cum quâ partiri quondam mea gaudia pergam.
Et curas, quales vita jugalis habet.
Qua mibi, ceu spero, fatales leniet astus,
Ex quâ suscipiam pignora grata torti.

E 2

Plenda



Plaude. tibi similem cœli quoq; Numinia spondent,
Hanc Venus, hanc Charitum spondet amica trias.
Vive valeq; diu, ut tale potiaris amicâ :
Et sponsam iubeo ritâ valere meam.

In Rodomellam.

MEntem mi atq; oculos cepit tua splendida forma,
Moribus offendor, torva puella, tuis.
Aſideo quoties (re ſic cogente) puellis
Pulcris, mox frontem contrahis ipsa tuam.
Aedes quando tu es non quavis luce ſubintro,
Disruptum nostri fædus amoris aſ.
Hinc tua frens nubes veluti mibi densa videtur,
Aſt illam ſalibus diſcuioq; iocis.
Quot natura dedit dotes, totidem quoq; nervos
Indidit, et tamen heu ſe te ego perditè amo.
Poſſumus haud nimio mendas in amore
videre,
Hiſ ſum Tiresiāc acior & Thamyra.

Ad Adamum à Tſchammer ab Oſten.
Eq. Sil.

Gratius eſſe ſolet proprium, mihi crede, ſalillum,
Eſt in quo puri copia lecta ſalis.
In quod quando lubet digito terebrare licebit,
Et coctituto ſumere grana ſalis.
At ſolet interdum peregrinum !abe ſcatere,
Sapius impurus redditur unde eſbus.
Ergo ſi quod habes purum, quod credo, ſadillum,
Ne corrumpatur, dulcis amice, vide.

Ad Rodomellam.

Quod

Quot Rodomella rogat, metra in horâ gignere possim.
Plura tibi faciam, scribere quâm poteris.

Ad VVolfstromum à Rotkirch in Pan
then & Teplyvoda, Eq. Sil.

Stemmata quem clarant, & virtus iunxit Olympo,
Enthea cui Themis, ac Ihabus, & astra favent:
Amplius exoptem quid huic, nisi mollius anni
Tempus? ROTKIRCHI qui tibi faustus es.
Quin Astraea tibi generosam iungat amicam:

Prospere vota solēt prospere fatā sequi.
Ad Rodomellam pulcritudine urbi, carmi
ne orbi notissimam.

Mira tuī vultus & gratia pectoris, urbi
Nota, Orbi numeris fit manifesta mei.
Scilicet hoc candor, vitaq; meretur honestas.
Ilo te resonans fine Camœna colit.

Ad VVolfstromum ab Haugwitz in
Schetz, Eq. Sil. de sua Rodo.

Svave thymo labijs redolentia lambere mella:
Svave brevi Paphi. us carpere vererosus.
Svave leves animi cithara propellere curas:
Svave Sagunthinam pellere corde famem.
Svave vaporifico demittere membra sopori:
Svave suim, curas & relevare mero.
Savior his longè mea lux RODO MELLula cunctis
Melle, rosis, cithara, lacte, sopore, mero.

Ad Rodomellam contra Vespa.

E 3

Demes

DEmentem me Vespa vocat, Rodomella, nec abs re.
Quisquis amat, multum non ratio-
nis habet.

Ad Andream Helvuvigium Fridl. Meg ap.
patriæ schola Prorectorem.

Florida tu tribuis incundis ocia Musis,
Pectus at vlg. mihi pervigil urit amor.
Tu vitam perages non tactus amore quietam,
Me curæ excruciant & sine fine dolor.
Contizit ergo tibi meliori sorte fruisci :

. Felix in quem non spicula torsit amor.
Ad Rodomellam animi sui astum.

Enastas abiit, nos astus maior adiuit,
Ut nunc astatis tempus adesse rear.
Et quamvis redeant glacialis frigora bruma,
Pectore decebat non tamen iste calor,
Sic astus spirat nobis, dent Numinæ cali,
Prosperaut astatis tempore messes ear.

Ad Ioachimum Arnoldi Fridl. Meg ap.
schola V Valdeccensis moderan-
torem, amicum fidum.

Si IOACHIME tua bonitatem pondero mentis,
Pectore de toto lator & exsilio.
Si Ioachime mea Rodomella pondero formam,
Virtutes, mores, oscula, mella, rosas;
Crede mihi nullo sum tempore latior atq.
Hic pol digna polis est polus ipsa mihi.
Hanc mihi nascenti primis Ioachime diebus
Omine polluta est candidiore Venus.

Elano



Hanc pet̄y, licetis fuit haud contraria volis,
Nam tacitum pridem in pectore vulnus erat.
Latus eris mecum, socialis fædere iuncta
Quando mihi lecti gaudia plena dabit.
Hunc subito portet (bene quod fortunat Iesus)
Clarus ab Eo lucifer orbe diem.

*Ad Rodomellam cordis sui somitem
& flammam.*

Parcius ure meum Rodomella venustula pectas,
Et paulum frontis lumina clade tua.
Ne forsan, nimium quem diligis, aspicis, uris,
Pra nimio miser heu cogar amore mori.

*Ad Volphgangum Ulbeccium Francum,
P. C. & Iurium Candid.*

ULBECCI veterem ferme superavimus annum.
Sit novus ille tibi faustior atq. mihi.
Pessima sic cessent insane sommata plebis,
Muscolis spurcè nata nocere meis.
Sortis & aura b: nos afflet melioris, at aptèr
Nam quando nimium ridet amica nocet.
Me casto Rodomella zoro, me pronuba Iuno
Rite beet, tua sic vota Minerva iuuet.

De Rodomella & Cupidine.

Fudit Amor lacrumas, disquirens undiḡ matrem;
At vultu visa est ut Rodomella suo;
Hinc compellat Amor matrem, Rodomella sed inquit,
Lumine torvo, handsum mater. Amor rubuit

*Ad Barptolemaum Hebelum Glacensem, paō
triæ scholæ Synergam.*

TE quoq. virgo suis lepidissima cepit ocellis,
HE BELI, & tandem sub iuga traxit amor. Ex

Et maturari tardas cupit illa iugales,
Capisse & socii gaudia blanda tori.
Nec differ: nam sapè nocet differre paratus;
Et thalamus casti finis amoris adest.

Ad Iohannem Villichium, & Iacobum
Freudemannum Tanagrimo-
nianos.

Vos rebus cunctis admitto libenter amici,
Communes vobis res decet esse meas.
Accessus pateat vobis ad fercula mensa,
Qua mihi pralargā dat Rodomella manu.
Spectetis nostram (quis enim prohibebit) amicam,
Et vita socios vos decet esse mea.
Hoc tamen excipio, socios in amore, Dynastæ
Sint licet illustres, non ego ferre quo.
Hoc ergo precor, à Domina desistere lecto:
Rivalem certè nullus amare potest.

Ad Petrum Pratorium Stendal.

Iurium Studios.

Cilibet est quod amet: me iudice ferreus
ille est,

Qui non frugifera flagrat amore rei.

PRAETORI ingenti Themidos succensus es igne,
Non secus inducto ut sulfure tæda flagrat.
Hac tibi sola placet, nec te aspernabitur illa,
Seà cupidis votis annuet aqua tuis.
Affert namq; suis fructum cultoribus: inde
Serta decora tibi virgo venusta dabit.

VII



Illa amplectetur te mox. ô PETRE, beatum,
Et scia teda gaudia plura feret.

Ad Ioachimum Quirlingum Palao-
march.

LAETITIAS ANIMI CAPIO SINE NUBE FODALIS,
Annuerit uo tis quod Rodomella meis.
Cui longè fermā cedit triameia coniux,
VRBS ob quam misere perdita Troia fuit.
Hec mihi non minimū solaminis adferet arctus
In rebus, curas leniet unamēas.
Sola mihi gemmis Rodomella & carior auro,
Carmenibus vivax surget in astramēas.
Virginis ipse tibi nomen quoq; fingito, vite
Quæ tibi difficilus tāda plur a levet.
Nomine perpetuo poteris clarescere, amica
Clarescet numeris & IOACHIME tuis.

Omnia nil prosunt sine amore: Et amore se
Qui fruitur, dij sentit Amoris opus. (cūdo

Ad Ioh. Ritterum Regiom. Iuris Stud.

NON ratione caret, quod vult sua sacra taceri,
Quæ me captivum vincit amore Venus.
Dissimulare sors nam qui non novit amores,
Rivales multos mox parat ille sibi.

Nectutum satis est (exper.o crede sodali)
Vel fratri Venerem commemorare suam.

Ergo verecundam tibi si foris pueram
Defendit Musis Cypris antica meis:

Illius vero nomen prætexit' fitum,

Nomina sic fictis vera subesse solent.

Ad Christophorum Cuntzelium Lands. Neom.

CEurosea naper captus sum virginis igne:
Sic mentem cepit aurea virgo tuam,
Scilicet & castis sua sunt quoq; suavia Musis,
Et castus castis yatibus adstat amor,
Illa tuum magis & magis inflammabit amorem,
Hanc tua vota petunt, hac tua corda calent.
Det Iova felices connectat copula dextrarum,
Quod precor, & felix sis in amore tuo.

In Invidos.

BUbonis risus, & inepta scommata Vespa
Nil moror, est doctis sat placuisse mihi.
Indocta plebis temno convitia: Vulgi
Iudicium præceps qui fugit, ille sapie.
Scilicet haud poterit laus gratior esse Poetæ,
Quam laudatorum quæ venit ore virum.

Ad Erasmus Matthiæ Regiomon. Neom.
NOn mihi vina placent, quæ dat distortior. undæ
Gratior est potus, quem Rodomella datat.

De Rodomella.

MElla meis Rodomella! abris dat, mella Camoenis;
Hinc ego sat mellis, si caret Hybla, dabo.

In Vespam.

Si Baccho es plenus, vix te sapientior alter,
Carmina vix ullus fert meliora tuis.
Rodis anoris opus, Rodomella rodis amores:
Rodendo lantem quarere forte putas.
Sic bona more tuo dum carmina rodis, in odore
Plurima commixtis crimina sape tuis.
Ebrius es subito tuvis certare paratus:
Facundus Baccho quilibet esse potest.
Si convictus eris vix succumbere necis;
Si vis ut faceam, tu mala Vespa tale.

Si conferre cupis, quo pocula, suadeo, vites.
Lingua solœcismos ebria mille facit.

Ad amicum quendam.

CArminibus te Musa meis sapientia seruisset,
Id quod honoris cum, ceu puto, iure foret.
Mentio facta cui vix est semel: ipse volebam
Ponere cum nomen, diriguere manus.
De te quid retulit rumor, sum nescius, & hac
Est ratio, nostris quod taceare modis.

De Rodomellæ constantiâ cum totius rerum
universitatis inconstantiâ colo
latâ.

Omnia vertuntur, nunc est tristissimus annus,
Tristior & rebus forma vigor, venit,
Quem prius induerat, perdit natura colorem,
Et tellus niveo plena vapore latet.
Desinit omnis amor volucrum, maestisq; querelis
Indulget, passim quidquid in orbe viger.
Sed Rodomella manet sua mens in amore fidelis,
Nec mutant formam tempora longa tuam.

Ad Rodomellam.

Ah bene coniungat mihi te Rodomella perenne
Vna fides, unus lectus, & unus amor.

De seipso.

Sum natus lacrimis, lacrimis discedo, fuitq;
Vita dolor, lacrume, cura, labor, gemitus.

Monos

In Amores Dn. Barptolemæi Bylovij P. C.

Dum fingis, pinguis, sensus non census habetur,
Plectro quam resonas, pectora casta trahunt.
Pro dubia certam statuas; aliquando iuvabit
Delicium cordis sic RODOMELLA tui.
Interea dum spirat odorem, & mellea suadet
Somnia, sit volupe huic hoc cecinisse melos.

Rodomella ad Bylovium suum,

REqui Ro Rectitudinem,

Operta Odorag, Omnibus,

Desi Dero Decentia

Orati Onis Omina.

Meum Medela, Mel merum

Exudat Extat, Erit:

Lusum, Loquela, Labrag,

Lyrâ, Locane, Laudabilem;

Alia Appetens Aliam appetes.

Benjamin Boneras Jun. Sp.

March. P. L.

Monopentametrum de Rodomella.

TE Rodomella vocat, te Rodomella sonat.

Te Rodomella canit, te Rodomella colit.

Te Rodomella monet, te Rodomella movet.

Te Rodomella curit, te Rodomella capit.

Te Rodomella iuvat, te Rodomella fovet.

Te Rodomella tegit, te Rodomella terit.

Te Rodomella regat, te Rodomella regit.


Te Rodomella videt, te Rodomella docet.

Te Rodomella beat, teg, Ichova beat.

I. Q. S.

F I N I S.





VD16
PICH

10
POET





66

BYLOVII AMORES.



02/24

mm